



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Hæreticis. Titvlvs III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

ter: ita, quod nec testari, nec legata eis seu relata peccati perire valeant, & infuper ad successiones, tam exterritamento, quam ab interdicto sint proscrus & reddantur inhabiles, nec ad publica qualibet admittantur officia, sicut que illis omnes actus legitimū penitus interdicuntur, & tanquam excommunicati, hostesque catholice fidei (postquam de ipsorum hujusmodi temeritate confiterit) diebus dominicis & festis publicè nuncientur, & in fiduciam bona eorum omnia devolvantur.

CAP. II.

Iudicemus fidem conversi non sunt in bonis molestandi, ne sint deteriori conditioni post baptismum quam essent ante.

Ioannes XXII.

Dignum & arbitrantes, & juri consonum, fonte renatos baptismatis Iudaica caccitate dimisla amplioribus favoribus aut gratiis, quam antea abundare: indecens & absurdum, ut qui in per fidia abundant, cogantur mendicare fideles: universis & singulis rectoribus, & aliis officialibus comitatus Venetini, aliorumque comitatum, & terrarum pertinentium ad Apostolicam sedem, districte pricipimus & mandamus, quatenus conuersi hujusmodi & qui in posterum converteruntur, in confessionibus & bonis aliis, quoconque nomine censemantur, que in combatibus & terris praedictis conversionis tempore obtinebant, seu etiam obtinebunt, occasione praedicta nullam molestiam inferant, nec ab aliis interfici permittant: sed ipsi in his & aliis se favorabiles exhibentes, ipsis ab injuriis & molestiis protegant & defendant: ut sic de servitate ad libertatem se transisse percipiatur, nec redire praetextu mendicantis odibilis ad diffamam perfidiam compellantur. Nulli ergo, &c. nostrorum praecipiones & mandati infringere. Datum Avignon. 10. Cal. Augusti. Anno 4.

DE HÆRETICIS.

TITVLVS III.

CAP. I.

Decretalem, per hoc. odi. tit. lib. 6. declarat, bona hæreticorum per diocesanos usurpari vetam.

Benedictus XI. Inquisitionibus hæretica pravitatu.

Ex eo b. quod quadam novella constitutio super negotio hæreticae pravitatis à bona memoria Bonifacio Papa octavo, praedecessore nostro, edita continet, quod in ipso negotio per diocesanos Episcopos, & inquisitores super eodem facto inquirent, valeant communiter vel dividim: & si dividim processerint, tenentur sibi invicem communicare processus: Nos consilere voluimus, quando & quies sit ista processuum communicatio facienda. Nos autem de fratribus nostrorum consilio intelligendo diocesanos & inquisidores tunc demum divisim procedere, cum hi & illi separati, non quando Episcopi tantum, vel inquisitores tantum procedant: consultationi vixtra breviter respondemus, quod quando utrique procedunt se junt, fibi debent in fine tantum, dum nihil restat agendum, nisi quod solum sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam porro sit videtur per legem civilem, quod sicut quando aliquis ex afflictis coram alio deberet sententiam, ut puta, quando administratores delegat causam, sibi sententia refervat:

a. Vide omnino extravagantem Pauli Papa III. incip. capitulo iudeor. ubi de hac materia plenius cauteret. b. Propter notam, in cap. de heret. lib. 6. vide Nicolai Eymenium in directorio inquisitorum part. 3. quaff. 30. 31. & 32. Reportarium Inquisitorum vero communicare. c. sed quemodo. & Zanchium tradidat, de her. c. 12.

falem in principio, id est, contestatione, rursus in medio, & semel in fine que sunt examinata audire debet: ita & in casu presenti, ubi ex actis coram alio habitis alter profert sententiam, si alter hujusmodi acta recenseat: quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamen id aequitas canonum non admisit. Vnum sane casum exceptimus, si alter commode non possit procedere, nisi alterius actis visis. Ex hac enim causa semel tantum (ut fraudi locus non sit) in toto negotio copia tribuatur. Verum quia nonnulli diocesani partem partis provenientium de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputate propter expensas, quas dum inquirunt in spedito negotio faciunt, a vobis exigere moluntur, hoc tanquam iuri absonum (cum ordinarii sint, ideoque officiale, quod eis incumbit, propriis eos aportet ex parte stipendiis) fieri penitus prohibemus. Rationem autem iidem diocesani proveniunt, obventionum ex inquisitionis officio à vobis, non obstante aliqua institutione, confutidine, vel mandato contraria, non explicant: sed eam camera nostra, vel alii, eni nos vel succatores nostri Romani Pontifices mandaverimus reddendam, redditatis, quae generaliter observari jubemus.

CAP. II.

Tres errores magistri Ioannis de Poliaco, doctoris Parisiensis, hæretici damnantur.

Ioannes XXII.

Vas b. electionis doctor eximiuit, & egregius praedicator, cuius praedicatio mundum docuit universum, presumptuosa illorum audacia refranare sollicitus, quod prudentia propria innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plus sapere, quam oportet sapere, sed ad fabriquetam sapere salubri doctrina suggestit: & iuxta Sapientis & eloquium: Quisque sua prudentia modum ponat. Sanè dudum quum dilectum filium magistrum Ioannem de Poliaco, facit Theologum Doctorem, certis excusis de fratribus nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocavissimus: fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis tangentibus penitentia sacramentum, non sobrie, sed perpetram sapiebat, infra scriptos articulos, periculosos continebant errores, docens publicè in suis prædicationibus, & in scholis. Primo siquidem adstruens, quod confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, qua confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante, omnibus utrinque fexus editio in concilio generali d. Rom. Pontif. non potest facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochiam curatum. Imò nec Deus posset hoc facere: quia (ut dicebat) implicat contradictionem. Tertiò, quod Papa non potest dare potestatem generali audiendi confessionem: imò nec Deus, quoniam confessi habent licentiam tenentur eadem confiteri proprio sacerdoti: quem dicit esse (ut præmititur) proprium curatum. Nos igitur scire volentes, si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum præmissorum copiam eidem magistro Ioanni fecimus assignati, & ad suæ defensiones plenam audiendum sibi præbuiimus, tam in nostra & fratribus nostrorum præsentia in consistorio, quam alias coram aliquibus ex ijsi fratribus per nos ad hujusmodi officium deputatis. Verum, licet præfatus magister dictos articulos, & contenta in ipsis defendere niteretur, asserebat tamen se paratum credere & tenere in primis, & aliis, quae tenenda & credenda esse sedes Apostolica definiter. Nos igitur attenderemus,

2. Vide Eymenium in directorio inquisitorum. p. 3. q. 104. 105. & seq. b. Rom. 12. c. Trover. 6. & 13. d. Scilicet Letteram sub Inno. III. c. 22.

quod prædictorum articulorum assertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum: ipsos per prelatos magistros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem solitatem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem & examinationem super his habitas, comperimus præmissos articulos doctrinam non sanam, sed periculosa multum & veritatis contraria contineat. Quos etiam articulos omnes & singulos idem magister Iohannes, veris sibi rationibus opinioni dudum sua habita contraria demonstratis, in consistorio revocavit: assertos se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, & dicens se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, prædicacionem, & doctrinam hujusmodi in errorem (quod abit) anima simplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum tanguam falsos & erroneos, & à doctrina sacra deoꝝ auctoritate Apostolica condemnamus & reprobamus, de fratrum nostrorum consilio prædictorum, doctrinam contrariantem veram, & contrarium esse catholicum assertentes: scilicet, quod illi, qui prædictis fratibus contentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio iacerdoti juxta concilium generale a. Optantesque veritas vias notas esse fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Pontificum, prædecessorum nostrorum vestigiis innitendo, universis & singulis distractis inhibemus, ne quisquam præmissos articulos per nos (ut præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis, vel aliquo ipsorum, utpote à catholicis mentibus responda, tenere audeat, seu defensare quomodolibet, vel docere. Quocirca universitatibus vestra per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus universis & singulis vestimentis in civitatibus & dioceſſis vestris convocato clero & populo communiter omnia præmissa & singula per vos, seu alios solenniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Iohanni mandamus, quod in scholis & sermone Partibus prædictis articulos, & contenta in eis tanguam veritati contraria propria vocis oraculo, affloratione constanti publice debeat revocare. Quod se facturum dictus magister Iohannes efficaciter reprobabit. Datum Avis. 8. Cal. Aug. Pont. nost. Anno 5.

CAP. III.

Inquisidores heretica pravitatis censuras ecclesiasticas fulminare non possunt in officiales & nuncios sedis Apostolica sine ipsius licentia speciali: sed de eorum exceptis informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

Idem.

Cum b. Matthæus de Pontinian. ordinis prædicatorum, inquisitor heretice pravitatis in regno Sicilia auctoritate Apostolica deputatus, frivola occasione quaesita, ac nostra & Apostolica sedis reverentia & honore postpositus, in dilectum filium G. de Baleto, Archidiaconom Forolivien. Capellani nostrum, Campania, Maritimaque restorem excommunicationis sententiam inconsultis motibus, non sine multa temeritate duxerit profecendam: Nos volentes ex cetero talium præsumptoribus obviare, universis & singulis, tam ordinariis, quam delegatis judicibus, & inquisitoribus

a. Id est, Concil. gener. Later. sub Innoc. III. c. 21. & refertur in causa omnium de penit. & remiss. b. Super hac constitutione, vide omnino Consilium Lapi. incip. saltem super quo id consilium manu circumfertur post Consilia Oldadradi. addit. Eymericum in directorio inquisit. part. 3. qual. 26.

DE SCHISMATICIS

TITVLVS IV.

CAP. VNI CVM.

Processus & sententias latas per Bonifacium VIII. anno Jacobum & Petrum de Columna, tangunt legitimam & posteros, revocat hic Benedictus XI. excepto usque in quibus nihil immutat. Et sic (ut dicit pater) hoc amissio corrigit, & profusa revocas cap. tone. ed. tit. lib.

Benedictus XI.

D Vdum bona memoria Bonifacius VIII. prædecessor noster, contra Jacobum & Ioannem de sancto Vito, Ottonem quidam Agapitum, Stephanum & Iacobum Seyaram, memoriati Iacob. & filios eum Iacob. de Colonia, posteritatem eorum, necnon contra Richardon, p. d. Ioh. de monte nigro, ac adjutores, favores & amatores eorum, cuiuscunque status, etiam imperiali, regali dignitate fulgerent, contra ipsam indep. papensem, dum vixit, varios fecit processu, fuisse graves poenias habentes & multas, prout in eorum processibus continetur: ex quibus secundum etiam volumen specialicher breves exprimimus, quod annuit volumen singularis numeratis, & annuum capellis. Inter cetera siquidem dignissimi dicti locis auctor. Pet. a cardinalibus sancta Romanae redenda eis & filios dicti Iacob. & posteritatem eorum inhabiles ad Apostolica dignitatis apicem & cardinalium honorum. ipsos eosdem Iaco. & Ottone. & Richardon. benevoli ecclesiasticis & ecclæsiis cunctis privatis, coniugiis & Agapitum, Stephanum & Seyaram prædictis beneficiis ab urbe, & ita ecclæsia supradicta ipsorum constituta bona & iura, plurius excommunicatum generaliter immovit, addixit infamia, capiendo expedit, iudicavit schismaticos, & tanguam hereticos panem. ab administrationibus & officiis, jurisdictionibus, curia, & ipsorum posteros percepit, & in terris Rom. ecclæs. ulque in quartam generationem, per misericordiam & fecundinum sexum coeruit: eis incolatum, civitatem & habitationem urbis, circumpolite regiones, & terrarum subjectarum ecclæsie interdicti, & interdictiles fecit. Nos itaque, qui ejus vices in terris gerimus, ejus est proprium misereri & parcer, eorum malitia & rerum compatisimur, ac clementiam pro eis commovemur, ipsi placitis nostris apertius videntur: &